Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 5. Rußia Nigra seu Rubra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

PALAT. VLADISLAVIENSIS *Palat. de Vladiſlau.*	VLADISLAVIA : *Vladiſlau*, ad Viſtulam Epiſcopalis, in paluſtri loco, quare hîc ſumma lignorum penuria.
PALATINATVS BRESTIENSIS *Palat. de Breſt.*	BRESTIA : *Breſt* Gallicè, aggeribus firma, & inter paludes lutulentas ſita. Gruſphicia : *Gruſphic*, caſtro lapideo firmata ad lacum Goplam maximum, vnde prodiere mures qui Popielum vorauerunt.
DOBRINIENSIS CASTELLANIA *Chaſtellenie de Dobzrin.*	DOBRINIA : *Dobzrin*, munita ligneis muris in colle: cui olim arx adiacebat à Crucigeris fratribus euerſa; quæ tamen eis primùm conceſſa fuit à Duce Mazouiæ.

§. 4. *Mazouia*, la Mazouie.

HIC 40. millia nobilium numerari dicuntur, quorum 15. millia poſtremis Comitiis interfuere: tota admodum Catholica, atque hæreticis imperuia.

PALATINATVS PLOCENSIS *Pal. de Plotzko.*	PLOCVM : *Plotzko* ciuitas Epiſcopalis, à quibuſdam malè attributa Cuiauiæ ciuitas cum arce ad Viſtulam.

PALAT. MAZOVIENSIS *Palat. de Mazouie, ou de Vvarſau.*	CASTELLANIA VARSAVIENSIS, *Chaſtellenie de Vvarſau.*	VARSAVIA : *Vvarſau*, ad Viſtulam duplici muro cincta, cum arce nobiliſſimâ : hîc etiam pons ligneus mirandi operis. De eâ ſuperiùs.
	CASTELLANIA LIVENSIS *Chaſtellenie de Luuo.*	LIVA, & Louicia, ſeu Louicium: *Luuo*, ligneo muro præcincta ciuitas cum arce ad Fl. *Liuuiecz*: in eâ Epiſcopus Gneſnenſis ferè cõmoratur.

§ 5. *Ruſſia Nigra, ſeu Rubra.*

DICITVR aliter Parua, & Meridionalis; & Nigra quidem quia ſyluis obtecta, Rubra ab argilla ruffâ: & Meridionalis ſi cum Moſchouiâ comparetur.

PALATINATVS	LEOPOLIS : *Limbourg*, Polonis *Luuovu*, Germanicè *Leuuenbourg*, ſic dicta à Principe Leone à quo condita

LEOPOLENSIS *Palatinat de Luuouu, ou Limbourg.*	dita duplici muro & foſſa munita, & ſedes Metropolitæ Ruſſiæ, ſeu Archiepiſcopi, vbi tamen & Epiſcopi duo Ruſſicus, & Armenus. Halicia: *Halitz* ad Fl. Tyram olim caput vnius ex Ruſſiæ Ducatibus. Zidacouia: *Zidacou*, ad Fl. *Striy*. Coloma: *Colome*, vbi ſal excoquitur. Tres illæ ciuitates ſitæ ſunt in regione POKVLTIA, quæ an ſit eadem cum *Poogorze*, hoc eſt *pays ſous les mons*, dubito.
PALAT. BELZENSIS, *Palat. de Belza.*	BELZA: *Belze*, ciuitas lignea cum arce, item ex ligno vndequaque vallata paludibus. Zamoſcia: *Zamoſci*, Epiſcopalis ciuitas, & caput Caſtellaniæ.
CHELMENSIS CASTELLANIA *Chaſt. de Chelm.*	CHELMA: *Chelm*, aliter & *Chielmnick*, ſeptis tantùm munita, arx lignea oblita argillâ; Epiſcopalis eſt. Craniſtouia: *Craniſtauu*, ad ſtagnum & Fl. *Viepr*, vbi reſidet Dux præpoſitus ad Tartaros compeſcendos. In eam quoque tranſlata Epiſcopalis ſedes Barbarorum metu.
PRESMILIENSIS CASTELLANIA *Chaſt. de Przeſmiſl.*	PRESMILIA: *Przeſmiſl*, muro cincta ad Fl. *San* Epiſcopalis. Ibi viuarium Principis feris refertiſſimum. Samboria: *Sambor*, in limite Hungarico. Croſna: *Croſno*, Caſtellaniæ ſedes ſic dicta ab inſtrumentis textoriis. Hanc Fl. *Iaſiolda*, circumluit, mediam ſecat *Viſloca*, panificio ſemper celebrata fuit.

§. 6. *Podolia.*

REGIO miræ fertilitatis, & melle abundans, & aut impedita lacubus, aut montibus tuta, hîc vnicus Palatinatus.

SVPERIOR	CHAMIENICVM: *Kamieniek*, inter rupes ſita cum arce permunitâ. Sic vndique rupibus vrbs circumuallata, vt ne quidem domorum culmina appareant: ſæpe tentata à Tartaris, Turcis, Valachis, ſemper irrito conatu. Barum: *Bar*, conditum à Bonna Sfortiæ Ducis Medio-